



BIBLIOTHECA
UNIV. JAGELL
CRACOVENSIS

39860

kat.komp.

Mog. St. Dr.

P


cm 1 2 3 4 5 6 7

cm

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

THEOLOGIA.

~~N. 2252~~



OFFICIUM
PURISSI-
MÆ ET IMMA-
CVLATÆ CONGE-
ptionis sanctissimæ Vir-
ginis MARIÆ, eidem
acceptissimum, vti deo-
tissimo suo famulo Al-
phonso Rodriguez Soc:
IESV Religioso re-
uelavit.

*Comp: Prae: Vm V. d. d.
ad S. Bavariam ex
donat: **

Szembok 1629

C R A C O V I Æ,

In Offic: Andr: Petr: S. R. M.

Typogr. A. D. 1625.

19. V. 34c

Approbatio.

*Paruum hoc Officium, quod
ardens facula cultus & im-
maculate Conceptionis B. V.
Mariæ dici potest, ut impri-
matur potestatem facio.
Crac: die Conceptionis B. V.
Mariæ, Anno D. 1623.*

Sebastianus Nuceri-
nus, S. Theol: D
libr: Censor.

39860

I br

*Reuelatio de hoc Officio Con-
ceptionis B. V. Mariæ.*

IN Balearibus Insulis, flo-
ruit magnus Dei seruus.
Alphonfus Rodriguez Soci-
etatis I E S V, compluribus à
Deo miraculis illustratus,
quæ nunc, autoritate Sedis
Apostolicæ, pro eius Cano-
nizatione, à Commissarijs
Apostolicis colliguntur. Por-
rò inter alia, quæ pietatem
Alphonfi commendabant,
fuit magna cum beatis An-
gelis, Sanctisque omnibus,
& imprimis cum Beatissima
V. Maria, familiaritas. De-
legerat præter B. V. Mariam
certos Sanctos, quos peculi-
ari cultu, quauis diei & no-

& is hora, quater & vigesies
 profeceretur. Quod tam
 constanti studio exequeba-
 tur, vt ne somno quidem,
 post assiduos diurnos labo-
 res, noctu grauatus (ianito-
 ris enim munus per annos
 47. etiā octogenarius obiit)
 vnquam intermiserit, sed ad
 singulas noctis horas, euigi-
 lare fuerit solitus, vt Deipa-
 ræ Virgini, Sanctisq; Patro-
 nis, statas preces persolue-
 ret Inter quas Officium erat
 Conceptionis immaculatæ
 Virginis, ex vetusto Codice
 descriptum, quod quadra-
 ginta & amplius annis ante
 obitum, pie, quotidie reci-
 tabat; aliosq; præsertim do-
 mesticos, ad idem quotidie
 persoluendum, ardentissime

excita-

excitabat: constanter asse-
 rens, se à Dei Matre cœlitus
 edoctum, hanc vnam, inter
 cæteras, esse causam institu-
 tæ à Deo Societatis, per B.
 Ignatium, vt immaculatam
 Conceptionem Deiparæ, o-
 mni, cum doctrinæ, tum elo-
 quentiæ copia, tueretur, to-
 toq; orbe disseminaret. Vo-
 luit Deus, hoc, in Alphonso,
 Mariam Sanctosq; honoran-
 di munus, etiam in hac vita
 remunerari. Non rarò enim
 specie visibili, Christus Do-
 minus, ac Beatissima Mater
 eius, Alphonso domum, pro
 munere ianitoris obeunti,
 se cômities adiungebant.
 Quodam verò tempore, spi-
 ritu in cœleste domicilium
 translatus, Deo reuelante,

A 3

cogno-

cognouit Alphonfus, omni-
 um beatorum gloriam, om-
 niumq; speciatim merita, vo-
 cabula, priuilegia, cæteraq;
 notas ita didicit diuinitus,
 quasi longo in hac vita, cum
 ijs, ac familiari conuictu,
 vsus fuisset. Alio tempore,
 cum Alphonfus cibo sum-
 pto, gratias Deo ageret, ac se,
 pro more, corâ Sacratissima
 Virgine, summâ animi de-
 missione ac veneratione si-
 steret: adfuit illi corporali
 specie, iussitq; vti ad suam
 filijq; sui gloriam, scripto
 comprehenderet, quæ sole-
 bat obsequia, eius colendæ
 studio persoluere quotidie,
 quippe sibi vehementer acce-
 pta, & posteritati profutura.
 Sed cum præ modestia ac sui

con-

contēptu refugeret Alphon-
 sus, tanti ea non esse existi-
 mans, erexit Deipara sui con-
 temptorem, omninoq; ade-
 git, ea vt describeret. Quæ
 omnia vti ab illo tunc stylo
 simplici & candido scripta,
 fuere, infra sunt posita Non
 omittenda videtur hoc loco,
 & alia precationis formula,
 quam Alphonfus ab ipso
 Christo D. edoctus, sæpè v-
 surpabat his prorsus verbis:
*Iesus, Maria: mei dulcissimi
 amores: patiar ego, moriar
 ego, amore vestri. Totus sum
 vester, nullus meus.* Obijt
 Alphonfus in Maiorica, in
 Vigilia Omnium Sanctorum,
 Anno D. 1617. ætatis 87.
 magna sanctitatis opinione.

A 4

& mul-

& multorum miraculorum
in vita, & post mortem edi-
torum gloria celebris.

DEVOTIONES,

quas multis ante mortem an-
nis Alphonsus Rodriguez quo-
tidie recitabat, & quas iussu

Beatissimæ V. Mariæ scri-
pto consignauit,
sunt hæc:

1. Corona charissimæ &
amantissimæ Dominæ, Ma-
tris Dei, quam magno affe-
ctu & gaudio animi recita-
bat.

2. Litanix quas memoria
tenebat

3. Sanctissimum Officium
purif.

purissimæ & immaculatæ
Conceptionis, quod itidem
memoria tenebat.

4. Duodecim Pater no-
ster, & 12. Aue Maria, cum
Salve Regina, quæ numerum
24. complebant, accommo-
data 24. horis diei ac noctis,
in honorem purissimæ Con-
ceptionis, vt illa quauis ho-
ra dignaretur precari Filium
suum, vt eum à peccato li-
beraret & præserua-
ret.





IESVS ✠ MARIA.



OFFICIUM

IN CONCEPTIONE
Immaculata B. V. Mariæ,
vt habetur in horis qui-
busdam valde anti-
quis.

AD MATUTINUM.

*Eia mea labia nunc annun-
ciate, (Beata
Laudes & præconia Virginis
Domina in adiutorium me-
um intende,
Ne de manu hostium potenter
defende.*

Gloria

Gloria Patri, & Filio, & Spi-
ritui sancto.
Sicut erat in principio, &
nunc & semper, & in sa-
cula seculorum. Amen.

H Y M N V S.

SALVE mundi Domina,
Cœlorum Regina.
Salve Virgo virginum,
Stella Matutina.
Salve plena gratiæ,
Clara lux diuina,
Mundi in auxilium,
Domina festina.
Ab æterno Dominus
Te præordinavit,
Matrem vnigeniti
Verbi, quo creauit
Terram, Pontum, Æthera

A 6

Te

Te pulchram ornauit
Sibi sponsam, vt in qua
Adam non peccauit.

¶. Elegit eam Deus; & pre-
elegit eam.

¶. In tabernaculo suo habi-
tare fecit eam.

Domina exaudi orationem
meam.

Et clamor meus ad te veniat.

O R E M V S.

Sancta Maria Regina cœ-
lorum, Mater Domini no-
stri IESV Christi, & mundi
Domina, que nullum derelin-
quis, & nullum despicias, respi-
ce me Domina clementer ocu-
lo pietatis, & impetra mihi

apud

apud tuum dilectum Filium
cunctorum veniam peccato-
rum: vt qui nunc tuam san-
ctam Conceptionē deuoto af-
fectu recolo, æterna in futu-
rum beatitudinis brauium ca-
piam, ipso quem Virgo pepe-
risti donante, Domino nostro
IESV Christo, qui cum Pa-
tre & sancto Spiritu viuunt, &
regnat in Trinitate perfecta,
Deus, in secula seculorū.

Amen.

Domina exaudi oratio-
nem meam.

Et clamor meus ad te ve-
niat. Benedicamus Domino.

Deo gratias.

A 7

E:

Et fidelium anima per misericordiam Dei, requiescant in pace. Amen.

AD PRIMAM.

Domina in adiutorium meum intende,

Me de manu hostium potenter defende.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

H Y M N V S.

Salue Virgo sapiens,
Domus Deo grata,
Columna septemplici,

Men-

*Mensaque exornata,
Ab omni contagio
Mundi præserruata
Ante sancta in vtero
Parentis, quam nata.
Tu mater viuentium,
Et porta es sanctorum,
Nova stella ex Iacob,
Domina Angelorum,
Zabulo terribilis,
Acies castrorum,
Portus & refugium,
Sis Christianorum.*

℣. Ipse creauit illam in spiritu sancto.

℞. Et effudit illam super omnia opera sua.

Domina exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat.

ORE-

O R E M V S.

Sancta Maria Regina cœ-
lorum, Mater Domini no-
stri IESV Christi, & Mu-
di Domina, quæ nullum dere-
linquis, & nullum despicias, re-
spice me Domina clementer
oculo pietatis, & impetra mi-
hi apud tuum dilectum Filiū,
cunctorum veniam peccato-
rum: vt qui nunc tuam san-
ctam Cōceptionem deuoto af-
fectu recoło, eterne in futu-
rum beatitudinis brauium ca-
piam, ipso quem Virgo peper-
isti donante, Domino nostro
IESV Christo; qui cum Pa-
tre & sancto Spiritu viuit, &

regnat

regnat in Trinitate perfecta,
Deus, in secula seculorū. Am-
Doxina exaudi oratio-
nem meam.

Et clamor meus ad te ve-
niat.

Benedicamus Domino.

Deo gratias.

Et fidelium anime per mi-
sericordiam Dei requiescant
in pace. Amen.

A D T E R T I A M.

Domina in adiutorium me-
um intende,

Me de manu hostium po-
tenter defende.

Gloria Patri, & Filio, &c.
Sicut erat in principio, &c.

H x-

HYMNVS.

Salue Arca fœderis,
 Thronus Salomonis,
 Arcus pulcher Ætheris,
 Rubus visionis,
 Virga frondens germinis,
 Vellus Gedeonis,
 Porta clausa Numinis,
 Et Fauus Samsonis.
 Decebat tam nobilem
 Natum præcauere,
 Te ab originali
 Labe matris Euæ,
 Almam quem elegerat
 Genitricem vere
 Nulli prorsus patiens
 Culpæ subiacere.

V. Ego in altissimis habito.

R. Et Thronus meus in columna nubis.

Domina

*Domina exaudi orationem
 meam.*

Et clamor meus ad te veniat.

O R E M V S.

Sancta Maria Regina cœ-
 lorum, Mater Domini no-
 stri I E S V Christi, & Mandi
 Domina, quæ nullum derelin-
 quis, & nullum despicias, respi-
 ce me Domina clementer ocu-
 lo pietatis, & impetra mihi a-
 pud tuum dilectum Filium cœ-
 lorum veniam peccatorum:
 vt qui nunc tuam sanctam Cœ-
 ceptionem deuoto affectu re-
 colo, æternæ in futurum bea-
 titudinis brauium capiam, ipso
 quem Virgo peperisti donante,

Domino

Domino nostro I E S V Chri-
sto ; qui cum Patre & sancto
Spiritu viuit , & regnat in
Trinitate perfecta Deus, in se-
cula seculorum. Amen.

Domina exaudi orationem
meam.

Et clamor meus ad te veniat
Benedicamus Domino.

Deo gratias.

Et fidelium anime per mi-
sericordiam Dei requiescant
in pace. Amen.

AD SEXTAM.

Domina in adiutorium me-
um intende ,

Me de manu hostium poten-
ter defende.

Gloria

Gloria Patri , & Filio , &
Spiritu sancto.

Sicut erat in principio , &
nunc & semper , & in secula
seculorum. Amen.

H Y M N V S.

Salue ð puerpera,
Templum Trinitatis,
Angelorum gaudium,
Cella puritatis,
Solamen mœrentium,
Hortus voluptatis,
Palma patientiæ,
Cedrus castitatis
Terra es benedicta,
Et sacerdotalis,
Sancta atque immunis,
Culpæ originalis,
Ciuitas Altissimi,
Porta orientalis.

In te

In te est omnis gratia,
Virgo singularis.

¶ Sicut lilium inter spinas.

¶ Sic amica mea inter filias Adæ.

Domina exaudi orationem
meam.

Et clamor meus ad te veniat.

O R E M V S.

Sancta Maria Regina cœ-
lorum, Mater Domini no-
stri I E S V Christi, & Mun-
di Domina, quæ nullum dere-
linquis, & nullum despicias, re-
spice me Domina clementer
oculo pietatis, & impetra mi-
hi apud tuum dilectum Filium
cunctorum veniam peccato-

rum,

rum: vt qui nunc tuam sanctã
Conceptionem deuoto affectu
recolo, æternæ in futurum be-
atitudinis brauium capiam,
pro quo quem Virgo peperisti do-
nante, Domino nostro I E S V
Christo; qui cum Patre, &
sancto Spiritu viuit, & regnat
in Trinitate perfecta Deus, in
secula seculorum. Amen.

Domina exaudi orationem
meam.

Et clamor meus ad te veniat.

Benedicamus Domino.

Deo gratias.

Et fidelium animæ per mi-
sericordiam Dei requiescant
in pace. Amen.

A D

AD NONAM.

Domina in adiutorium meum intende,

Me de manu hostium potenter defende.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

HYMNVS.

Salue vrbs refugij,
Turrisq; munita
Dauid, propugnaculis,
Armisque insignita,
Tu in Conceptione,
Charitate ignita,
Infernalis potestas,
Est à te contrita.

Eia

*Eia mulier fortis,
Et inuicta Iudith,
Pulchra Abisai Virgo,
Verum fouens Dauid,
Rachel procuratorem
Egypti gestauit:
Sed Saluatorem mundi
Maria portauit.*

V. Tota pulchra es amica mea.

R. Et macula originalis nunquam fuit in te.

Domina exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te veniat.

O R E M V S.

Sancta Maria Regina cælorum,
Mater Domini nostri IESU Christi, & Mun-

B

di Do-

di Domina, quæ nullum de-
linquis, & nullum despicias, re-
spice me Domina clementer
oculo pietatis, & impetra mi-
hi apud tuum dilectum Filium
cunctorum veniam peccato-
rum: vt qui nunc tuam san-
ctam Cōceptionem deuoto af-
fectu recolo, eterne in futurum
beatitudinis brauium capiam,
ipso quem Virgo peperisti do-
nante, Domino nostro IESU
Christo; qui cum Patre & san-
cto Spiritu viuit, & regnat in
Trinitate perfecta Deus, in
secula seculorum. Amen.

Domina exaudi orationem
meam.

Et cla-

Et clamor meus ad te ve-
niat.

Benedicamus Domino.

Deo gratias.

Et fidelium animæ per mi-
sericordiam Dei requiescant
in pace. Amen.

AD VESPERAS.

Domina in adiutorium me-
um intende.

Me de manu hostium poten-
ter defende.

Gloria Patri, & Filio, &
Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, &
nunc & semper, & in secula
seculorum, Amen.

B 2.

HY.

HYMNVS.

S Alue horologium,
 Quo retro trahatur
 Sol in decem lineis,
 Verbum incarnatur,
 Homo vt ab inferis
 Ad summa tollatur,
 Immensus, ab Angelis
 Paulò minoratur.
 Solis huius radijs
 Maria corruscat:
 Et consurgens Aurora,
 In conceptu micat,
 Liliū inter spinas,
 Quæ serpentis terat
 Caput, pulchra vt luna,
 Errantes collustrat.

V. Ego feci in cœlis vt ori-
 atur lumen indeficiens.

R. Et quasi nebula texi
 omnem terram.

Domini

Domina exaudi orationem
 meam.

Et clamor meus ad te ve-
 niat.

O R E M V S.

S Anctā Maria Regina cœ-
 lorum, Mater Domini no-
 stri I E S V Christi, & Mun-
 di Domina, quæ nullum dere-
 linquis, & nullum despicias; re-
 spice me Domina clementer
 oculo pietatis, & impetra mi-
 hi apud tuum dilectum Filium
 cunctorum veniam peccato-
 rum: vt qui nunc tuam san-
 ctam Cœceptionem deuoto af-
 fectu recolo, æternæ in futu-
 rum beatitudinis brauium ca-
 piam,

B 3

piam, ipso quem Virgo peperit
 sibi donante, Domino nostro
 IESU Christo; qui cum Pa-
 tre & sancto Spiritu uiuit, &
 regnat in Trinitate perfecta
 Deus, in secula seculorum.

Amen.

Domina exaudi orationem
 meam.

Et clamor meus ad te ve-
 niat.

Benedicamus Domino.

Deo gratias.

Et fidelium anime, per mi-
 sericordiam Dei, requiescant
 in pace. Amen.

A D

AD COMPLETORIUM.

Conuertat nos Domina tu-
 is precibus placatus IESVS
 Christus filius tuus:

Et diuertat iram tuam à
 nobis.

Domina in adiutorium me-
 um intende.

Me de manu hostium poten-
 ter defende.

Gloria Patri, & Filio, &
 Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, &
 nunc, & semper, & in secu-
 la seculorum, Amen.

B 4

H V.

HYMNVS.

Salue Virgo nobilis,
 Mater illibata,
 Regina clementiæ,
 Stellis coronata :
 Supra omnes Angelos
 Pura immaculata,
 Atq; ad Regis dexteram
 Stans veste inaurata.
 Per te Mater gratiæ,
 Dulcis spes reorum,
 Refulgens stella maris,
 Portus naufragorum,
 Patens cœli ianua,
 Salus infirmorum,
 Videamus Triadem,
 In aula sanctorum. Amen.

*V. Oleum effusum Maria
 nomen tuum.*

*R. Serui tui dilexerunt te
 nimis.*

Domit

*Domina exaudi orationem
 meam.*

*Et clamor meus ad te ve-
 niat.*

O REM VS.

Sancta Maria Regina cœ-
 lorum, Mater Domini no-
 stri **I E S V** Christi, & Mun-
 di Domina, quæ nullum dere-
 linquis, & nullum despicias, re-
 spice me Domina clementer
 oculo pietatis, & impetra mi-
 hi apud tuum dilectum Filium
 cunctorum veniam peccato-
 rum: vt qui nunc tuam san-
 ctam Cœceptionem deuoto af-
 fectû recolo, eterna in futu-
 rum beatitudinis brauium ca-
 piam,

B S

pia.n, ipso quem Virgo peperit
 sti donante , Domino nostro
 I E S V Christo ; qui cum Pa-
 tre & sancto Spiritu viuit &
 regnat in Trinitate perfecta
 Deus , in secula seculorum,
 Amen.

Domina exaudi orationem
 meam.

Et clamor meus ad te ve-
 niat.

Benedicamus Domino.

Deo gratias.

Et fidelium anima, per mi-
 sericordiam Dei , requiescant
 in pace. Amen.

COM-

Commendatio.

S Vpplices offerimus
 Tibi Virgo pia,
 Has horas canonicas,
 Fac, nos vt in via
 Ducas cursu prospero,
 Et in agonia
 Præsens nobis assiste,
 O dulcis Maria.
 Amen. Deo gratias.

Ad maiorem Dei gloriam,
 Beatissimæq; Virginis
 Mariæ.





LITANIÆ
BEATÆ VIR-
GINIS MARIÆ.

PRO FOELICI MORTE,

*Et gratia ad hanc necessa-
ria, obtinenda.*

*Concedi fac R.M.N. H. J. J. J.
ad S. Barbaram*



CRACOVIAE,
In Offic: Andr: Petr: S. R. M.
Typogr. A. D. 1627.

A D M O N I T I O
de Litanijs B. V. M.

Circa Litanias B. V. notan-
dum est, ab hinc annis ali-
quot, viros nonnullos Religio-
sos conuenisse, et eas pro se in-
uicem recitarēt pro fœlicis mor-
te, Et gratia ad hęc necessaria,
obtinēda. His se iunxerūt in Ita-
lia, Hispania, India, Gallia, Ger-
mania, multa millia. Ad hoc,
Et quis particeps sit precū istarū.

1. Oportet et id ei concessum
sit ab aliquo facultatem ad hoc
ab authore habente,

2. Vt quotidie eas recitet
cum oratione ad S. Iosephum,
hęc posita.

3. Vt ipse dicat has preces pro
omnibus, sicut omnes pro ipso.

4. Vt recitet pro fœlicis morte
gratia ad hanc necessaria.

LITANIE.

Krie eleison.
 Christe eleison.
 Kyrie eleison.
 Christe audi nos.
 Christe exaudi nos.
 Pater de cœlis Deus, Misere-
 rere nobis.
 Fili redemptor mundi Deus,
 Miserere nobis.
 Spiritus sancte Deus, Misere-
 rere nobis.
 Sancta Trinitas vnus Deus,
 Miserere nobis.
 Sancta Maria, Ora pro nobis.
 Sancta Dei genitrix, ora
 pro nobis.
 Sancta Virgo virginum,
 ora pro nobis.
 Mater Christi, ora:

Mater

Mater diuinæ gratiæ, Ora
 pro nobis.
 Mater purissima, ora.
 Mater castissima, ora.
 Mater inuiolata, ora.
 Mater intemerata, ora.
 Mater amabilis, ora.
 Mater admirabilis, ora.
 Mater Creatoris, ora.
 Mater Saluatoris, ora.
 Virgo prudentissima, ora.
 Virgo veneranda, ora.
 Virgo prædicanda, ora.
 Virgo potens, ora.
 Virgo clemens, ora.
 Virgo fidelis, ora.
 Speculum iustitiæ, ora.
 Sedes sapientiæ, ora.
 Causa nostræ lætitiæ, ora
 pro nobis.
 Vas spirituale, ora.
 Vas honorabile, ora.

Vas

Vas inigne deuotionis,
 ora pro nobis.
 Rosa mystica, ora pro nobis.
 Turris Dauidica, ora.
 Turris eburnea, ora.
 Domus aurea, ora.
 Fœderis arca, ora.
 Ianua cœli, ora.
 Stella matutina, ora.
 Salus infirmorum, ora.
 Refugium peccatorum,
 ora pro nobis.
 Consolatrix afflictorum,
 ora pro nobis.
 Auxilium Christianorum,
 ora pro nobis.
 Regina Angelorum, ora pro
 nobis.
 Regina Patriarcharum, ora
 pro nobis.
 Regina Prophetarum, ora
 pro nobis.

Regina

Regina Apostolorum, ora
 pro nobis.
 Regina Martyrum, ora
 pro nobis.
 Regina Confessorum, ora
 pro nobis.
 Regina Virginum, ora
 pro nobis.
 Regina Sanctorum omnium,
 ora pro nobis.
 Agnus Dei, qui tollis pecca-
 ta mundi, Parce nobis
 Domine.
 Agnus Dei, qui tollis pecca-
 ta mundi, Exaudi nos
 Domine.
 Agnus Dei, qui tollis pecca-
 ta mundi, Miserere no-
 bis.
 Christe audi nos.
 Christe exaudi nos.
 Ave Maria, &c.

Sub

Sub tuum præsidium con-
fugimus sancta Dei geni-
trix, nostras deprecationes
ne despicias in necessitati-
bus nostris, sed à periculis
cunctis libera nos semper
Virgo gloriosa & benedicta.
Domina nostra, mediatrix
nostra, aduocata nostra, tuo
filio nos reconcilia, tuo filio
nos commenda, tuo filio nos
repræsenta.

*Ÿ. Ora pro nobis sancta
Dei genitrix.*

*R. Ut digni efficiamur pro-
missionibus Christi.*

O R E M V S.

Gratiam tuam, quæsu-
mus Domine, mentibus
nostris

nostris infunde, vt qui Angelo
nunciante Christi-Filij tui in-
carnationem cognouimus, per
Passionem eius & Crucem, ad
Resurrectionis gloriam perdu-
camur. Per eundem Chri-
stum Dominum nostrum.
Amen.

*Ÿ. Ora pro nobis beatissime
Ioseph.*

*R. Ut digni efficiamur pro-
missionibus Christi.*

O R E-

O R E M V S.

SANCTISSIMAE GENITRICIS Tuae
 Sponsi, quesumus Domi-
 ne, meritis adiuuemur: vt
 quod possibilitas nostra non ob-
 tinet, eius nobis intercessione
 donetur. Qui viuis & regnas
 in secula seculorum.
 Amen.



Congv: vac. B. M. A. H.
 an S. Barbaram ex
 dono a P. frem. dek.

1629



Concessit LEO X. p. m.
 omnibus Christi fidelibus, in-
 dulgentias mille dierum, di-
 centibus vnum AVE MARIA,
 quancumque hora auditur.
 Confirmasti autem Anno 1611
 PAPA PAVLVS V.



BIBLIOTEK: UNIV.



JAGIELLOŃSKA

stdr0008272



Biblioteka Jagiellońska

